

Viro illustrissimo et doctissimo P. A. Taccardo  
Patavii (in Italia).

Permissu ac favore Tuo venerabiliter Te rogo,  
ut unum exemplar Sylloges a Te editae Pyrenonog-  
cetum I-II mihi benigne vendas et brevi tempore  
transmittas ea conditione, ut pretium intra quinque annos  
Tibi cum favore persolvam. Crevis enim equale civi aca-  
demico vel Studioso mihi litterarum "in hoc perum  
usu necessario" illa nunc est inopiosa. Spero autem  
paucas intra annos in eum statum me venturum, ut  
hoc et alia debite solvere possim. Quam condici-  
onem si benevole acceperis, novas vel raras vel du-  
bias fungorum ex patria Linnæi ac Friesii gratissi-  
me, si Te juvet, communicabo.

Ex inopia temporis, quum examen academicum brevi  
subiturus sum, nunc paucas tantum species mitto.  
Aestate proxima incunite ac omnes per sequentes annos ple-  
niores mittere collectas poterò.

Parras hic fasciculus continet  
1<sup>mo</sup> 2<sup>o</sup> duas novas meo conspectu species. Sunt *Ulsaria stellulata*  
mihi et *Eudoxyla Populi* mihi. Hæc cum *Eud. opor-  
culata* partibus internis, ex gr. colore spororum, nonnihil  
congruit, sed sporis evidentè majoribus et presentibus  
ostiolis peritheciarum nunquam pezizoides-collapsis  
facile distinguitur

2<sup>do</sup> 3<sup>o</sup> Paucas novarum quantum scio, in Suecia notatas  
species, quarum numerum facile multiplicare possem.  
In his complures *Atthica* species vel formæ, que  
verte!

que Uppsalia paro occurrit)  
nimis ad Otthiam Syringa Fr. (vel ab hac forte non di-  
versam <sup>Uppsaliae, immunitatem</sup> Otth. Conlinam Karstani accedere mihi videntur,  
ex gr. forma Crataegi et Aceris. Concedo autem me illas  
formas parum perquisivisse.

3<sup>to</sup> Aliquot species mihi nomine ignotas vel dubias, ex gr.  
n.º 5, 6, 10, 11, 12, 13, 20, 22, 24, 25, 26, de quibus si me  
aliquid docueris, gratias habere maxime.

Summa observantia et verecundia

Uppsalia 2 Aprilis 1885

Lars Romell

Inscriptio mea: Stud.

Lars Romell

Kyrkogårdsgatan 9

Uppsala.

Sverige